.222
22

martirum stabilitate et pacientia. De cōfessorū pietate et clemencia. De
virginū castitate et cōtinentia. Reuera vox et lingwa deficit. qꝛ intellec
tus cape non suffici · q̄ntum sit gaudiū angelorū choris interesse cum
beatissimis spiritibus glorie cōditoris assistē. presentē dei wltum cernē
Incircūscriptum lumen videre · nullo metu mortis affici . De corrup-
tōnis ꝑpetue munere letari. O ꝙ felix erit tibi hec dies · cū fueris ad he
reditatem patrū tuorū reuersa. et qn̄ ab hijs omnibus cū inestimabili
gaudio fueris assumpta. et ad thalamū sūmi regis feliciter introducta.
Jam nunc expgiscere o anima mea. et cum illa famosa regina saba · cū
aromatib9 virtutū. cum thesauris bonorū opum · cū magno apparatu
celestium desideriorū. ascende in illā ihrlm supnam. et cōtemplare dilige
ter singula. et vide ꝙ veritas vincit famam. gloria exupat omnē loq̄lā.
si forte possis ex āmiratōis magnitudiē. extra humanū spiritum rapi ·
et miro quodāmō in diuinū spiritū transformari · vt dicere incipes cuꝫ
petro in magno cordis iubilo . Domine bonū ē nos hic esse hic pater
hic soror hic frater. Hic patria. O dn̄e permitte nos hic esse. et ab hinc
nūꝙ discedere. Ambro. Fugiamus o anima in patriā verissimā. q̄ illic
est patria. ad quam cōditi sumus. pater a quo creati sumus. ibi ē ihrlm
ciuitas supna que est mater nostra. Anshel . O anima. tantus debet esse
in hac vita mortali amor et desiderium puenien di ad illud ad quod fac
ta es. et dolor qꝛ ibi nōdum es · et timor ne forte nō puenias. ut nullam
leticiā sentire debeas. nisi de hijs que tibi aut auxiliū aut spem cōferunt
pueniendi.

Anima dicit.

O homo dū hec aliqn̄ cogito. dum hec tacita mente mecū ptracto. quid
ē quod nūc interlucet in · ptulit cor meum sine lesione. et inhorresco ac
ardesco. Augu . Intromittor aliqn̄ mentaliter in affectū multum insu
tatum. nescio q̄m dulcedinē q̄ si pficeretur in me nescio quid erit quod
vita ista nō erit. Sed recidiuo onerosis ponderibus. et resorbeor solitis
curis. hic eē valeo nec volo. illic esse volo nec valeo. miser vtrobiqꝫ Hec
Augu. in libro cōfess. vndecimo.

Homo. Respondet.

O anima puto ꝙ hec celestia sine prelibatione dulcedinis nō possunt a
digne dispositis cogitari. sed nescio quid tunc erit. cum pfecte in re sine
enigmate poterit degustari. Vnde non est mirandum si p̄libatō talium.
tibi intulit huius exilij tediū. quia nichil ē magis amarū. ꝙ postꝙ aīa
cōsueuit talium p̄gustatōne consolari. si rursum incepit mūdialibus et
transitorijs implicari. hinc est ꝙ aīa laborat. luctatur anxiatur illic sem
per esse cupit nec sufficit. hic esse cōpellitur. sed illic post hoc qd̄ p̄gusta-
tum est ascendere conatur . Jā ei et gustato spiritu desipit omnis caro.
Vidisti gaudiū beatorū de hijs que sunt infra te. de hijs que sunt iuxta
te. Vide modo si potes quale gaudiū futurū sit de hijs que sunt intra te
Homo enī bene remunerabitur in corpe et in mente et iterum eterna et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-134/0041
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG